

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6908

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Fontevraud-l'Abbaye, Notre-Dame de Fontevraud (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1162...

Lieu d'émission : Angers

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Ratification par le roi d'une convention conclue entre les religieuses de Fontevrault et les hommes d'Angers au sujet des coutumes du Pont de Cé.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCXXIV, t. 1, p. 361-362.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1, p. 361.

Texte établi d'après a

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum, etc.

Sciatis me concessisse et carta mea mea confirmasse conventionem que facta fuit inter moniales de Fonte Ebraudi et homines Andegavenses de consuetudinibus pontis Saeii.....

Testibus : Hugone de Cleers, Johanne Josleni dapifero, Calone preposito.

Apud Andegavim.

CONDITIONS DE L'ACCORD.

Sciant presentes et eorum successores quod ego Goslenus de [Turonis], tunc temporis Henrici regis senescallus Andegavie, per ipsius mandatum, quandam contentionem, que diu inter sanctimoniales Fontis Ebraudi et homines Andegavenses duraverat de consuetudinibus pontis Saeii, hoc modo auditis et distinctis, composite finivi. Ex mandato enim ipsius domini regis hos servientes antiquos, qui melius consuetudines pontis noverant, ante me venire feci, qui et consuetudines ex antiquo receperant, et earum memoriter scientes erant: Girardum scilicet Trameburel. Estormi de Brachesac, Bassatum, Fulcherium Raberium, Frogerium de Listreio. Isti, coram me et Hugone de Cleeriis et Brientio de Martinniaco, Symone quoque de Castellione, qui mecum loco regis residebant, testificati sunt, et si opus esset disgraciocinare parati, quod omnes consuetudines pontis sunt proprie sanctimonialium et in omnibus capiunt, exceptis in his XI. denariatis panis, in volucribus quas aliquis amico suo detulerit vel miserit, in summa napium, in his que aliquis homo transligerinus, miles vel alias, dans mestivam ponti, amico suo citra pontem miserit, accepta fiducia ab eo qui detulerit quod dono mittatur, in summa etiam fabe vel alterius leguminis, in his

quoque que aliquis filio suo ad victimum pertinencia miserit, carne videlicet mortua, pane, volucribus, et cum fiducia, hoc excepto quod nichil capiant in porcis qui ad pasnagium comitis solummodo transibunt, nec in bestiis que pro sola guerra comitis vel violencia alia transierint, nisi plus mense uno extra pontem moram fecerint. In omnibus aliis capiunt sanctimoniales consuetudines suas libere in ponte, cujus habent vicariam, furtum, sanguinem et raptum, et omnem aliam justiciam. Hoc audierunt isti et viderunt: Kalo pretor Andegavensis, Matheus de Baugeio, Radulfus de Soz, Mauricius pretor de Brachesac, et tota curia, prout plena erat militibus et populo. Quia igitur ex mandato domini Henrici regis Anglorum, ducis Normannorum [et] Aquitanorum, comitis Andegavorum, supradictorum et consilio hec contentio finita est, ne super ea ulterius renovetur dissensio, sigilli mei testimonio confirmavi.